



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Firmina V. Et M. 24. Novembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

S. FIRMINA V. ET M.

24. Novembris.

Iterum ecce terra Astris nubit; iterum dos sanguis virgo, & artha calum est: iterum coelites sunt paranymphe. Nomen si nosse sponsa cupis, FIRMINA est, Calphurnii urbi Praefecti filia, & digna tam magnâ fortunâ, quam ut amoribus tam castis liberius vacaret, deseruit urbem, & Ameriam habitavit. Sed ubique castitas insidias incurris; una tibi tota vita lucta est. Invidet Christo sponsam suam homo Olympius, cui Ameriæ praefectura tunc erat demandata; ad cenam & nuptias invitat, reventem thalamo includit adulter procus. Quid ageret captiva Christi nupta? precibus pugnat; calum miraculis. Etenim cum Olympius jam in exosa amoris vincula manus stringeret, obriguere eousque hæ, dum castitati victas daret, & Christianam fidem cum totâ familiâ (centum erant & quinquaginta) amplecteretur, cuius pulchritudinem ingens, quod è celo affulsit lumen attonitis ostendit. Et jam ecce primus pro castitate & fide Olympius occumbit, ex Christi rivali paranympheus factus, habuitq; socium tortorem non absimili miraculo sociatum. Sic præeuntem non invita jam secuta est FIRMINA. Viam flagrastra-

stravere verberaque, & quas inter expi-
ravit, faces lateri adnotæ. Itaque has
etiam rectè nuptiales fuisse dixerunt.

Ex Ferrar.

S. MERCURIUS MART.

25. *Novembris.*

AVdete milites: non excludit vos ca-
alum, si quam aliis, vim, etiam huic
facitis. Fecit MERCURIUS, qui malè
Decio primùm, sed benè post Christo
militavit. Cùm enim in ipsâ acie de
Angeli sui Tutelaris manu gladium ac-
cepisset, quò hostium bene magnam
partem trucidaverat, non moratus est
sub illo deinceps mereri, qui optimum
stipendium certam victoriam numera-
ret, quam ille etiam contra Decium
reportavit. Quid enim, Superi! quatuor
palis alligatus, distractusque, abstrahi
tamen ad tyranni partes non potuit.
Suspendum è capite saxum ipse pedes
sensus, velut fascem suum genero-
sus miles portavit. Sed neque ignes
horruit, & plagas pro Christo etiam
aversas adversas putavit. Exilium velut
missionem accepit. Caput spiculatori
velut Imperatori coronandum porre-
xit. Illud imprimis memorabile, quòd
MERCURII operâ, etiam cùm in celo
jam ageret, VIRGO MATER sit usa.
Nam ajunt D. Basilium ante VIRGI-
NIS effigiem Iuliani impietatem accu-
sasse,